

Scriptural Rosary in English & Latin



Our Father

Our Father, Who art in heaven,
Hallowed by Thy Name.
Thy Kingdom come.
Thy will be done,
on earth as it is in Heaven.

Give us this day our daily bread.
And forgive us our trespasses,
as we forgive those who trespass against us.
And lead us not into temptation,
but deliver us from evil.

Amen.

Hail Mary

Hail Mary, full of grace,
the Lord is with thee.
Blessed art thou among women
and blessed is the fruit of the womb, Jesus.
Holy Mary, Mother of God,
pray for us sinners,
now and at the hour of our death.

Amen.

Glory Be

Glory be to the Father, and to the Son, and
to the Holy Spirit. As it was in the beginning,
is now, and ever shall be, world without end.

Amen.

Pater Noster

Pater noster qui es in caelis;
sactificetur nomen tuum;
Adveniat regnum tuum;
fiat voluntas tua,
sicut in caelo, et in terra.

Panem nostrum cotidianum da nobis hodie:
Et dimitte nobis debita nostra,
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris:
et ne nos inducas in tentationem
sed libera nos a malo.

Amen.

Ave Maria

Ave Maria, gratia plena
Dominus tecum
benedicta tu in mulieribus
et benedictus fructus ventris tui, Jesus.
Sancta Maria mater Dei,
ora pro nobis peccatoribus,
nunc et in hora mortis nostrae.

Amen.

Gloria Patri

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, sicut
erat in principio, et nunc, et semper, et in
saecula saeculorum.

Amen.

Prayer Before the Rosary

Queen of the Holy Rosary, you have deigned to come to Fatima to reveal to the three shepherd children the treasures of grace hidden in the Rosary. Inspire my heart with a sincere love of this devotion, in order that by meditating on the Mysteries of our Redemption which are recalled in it, I may be enriched with its fruits to obtain peace for the world, the conversion of sinners and of Russia, and the favor of which I ask of you in this Rosary.

(Here mention your request.)

I ask it for the greater glory of God, for your own honor, and for the good of souls, especially for my own. Amen.

Regina Sacri Rosarii, dignata es venire ad Fatimam ut tres pastorellis thesauros gratiae in Rosario absconditos revelares. Inspira cor meum sincero huius devotionis amore, ut, meditando Mysteria Redemptionis nostrae in eo recolenda, eius fructibus ditari possim ad mundi pacem obtinendam, conversionem peccatorum et Russiae, ac gratiam quam a te in hoc Rosario peto.

(Hic mentionem fac de tua petitione.)

Id pro maiori Dei gloria, pro tuo honore, et bono animarum, praesertim meae, peto. Amen.

Sign of the Cross

In the name of the Father, and the Son, and the Holy Spirit. Amen.

In nomine Patri et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Apostle's Creed

I believe in God, the Father Almighty, Creator of heaven and earth, and in Jesus Christ, His only Son, our Lord, Who was conceived by the Holy Spirit, born of the Virgin Mary, suffered under Pontius Pilate, was crucified, died and was buried; He descended into hell; on the third day He rose again from the dead; He ascended into heaven, and is seated at the right hand of God the Father Almighty; from there He will come to judge the living and the dead. I believe in the Holy Spirit, the Holy Catholic Church, the communion of saints, the forgiveness of sins, the resurrection of the body, and life everlasting. Amen.

Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem caeli et terrae.
Et in Iesum Christum, Filium Eius unicum, Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus, descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis, ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Patris omnipotentis, inde venturus est iudicare vivos et mortuos.
Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam aeternam.
Amen.

Pater Noster...

Pro **fidei** augmento
Ave Maria...

Pro **spei** augmento
Ave Maria...

Pro **caritatis** augmento
Ave Maria...

Gloria Patri...

The Five Joyful Mysteries

- * Mondays
- * Thursdays
- * Sundays during Advent through Lent

The First Joyful Mystery

Primum Gaudiosum Mysterium

The Annunciation

Annuntiatio



*Lord Jesus, we offer you this first decade to honor Your Incarnation, and we ask of You, through this Mystery and through the intercession of Your Holy Mother; **a deep humility of heart.***

Domine Iesu, tibi hanc primam decadem offerimus ad honorem Incarnationis Tuae, et petimus a Te, per hoc Mysterium et intercessionem Sanctae Matris Tuae; **profundam cordis humilitatem.**

Pater Noster...

1. *The Angel Gabriel was sent by God to a town in Galilee called Nazareth, to a virgin betrothed to a man named Joseph, of the house of David. The virgin's name was Mary.*

Missus est angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David: et nomen virginis Maria.

2. *The Angel came to her and said, "Hail, full of grace! The Lord is with you."*

Et ingressus angelus ad eam dixit: Ave gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus.

3. *But she was greatly troubled by his words and wondered in her heart what this salutation could mean.*

Quae cum audisset, turbata est in sermone ejus, et cogitabat qualis esset ista salutatio.

4. *Then the Angel said to her, "Do not be afraid, Mary, for you have found favor with God.*

Et ait angelus ei: Ne timeas, Maria: invenisti enim gratiam apud Deum.

5. *"Behold, you will conceive in your womb and bear a Son, and you will name Him Jesus.*

Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum:

6. *"He will be great and will be called Son of the Most High. The Lord God will give Him the throne of His ancestor David. He will rule over the house of Jacob forever, and of His Kingdom there will be no end."*

Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus: et regnabit in

domo Jacob in aeternum, et regni ejus non erit finis.

7. *Mary said to the Angel, "How will this be, since I am a virgin?"*

Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?

8. *The Angel answered, "The Holy Spirit will come upon you, and the power of the Most High will overshadow you. Therefore, the Child to be born will be holy, and He will be called the Son of God.*

Et respondens angelus dixit ei: Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.

9. *And behold, your cousin Elizabeth in her old age has also conceived a son, and she who was called barren is now in her sixth month, for nothing will be impossible for God."*

Et ecce Elisabeth cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua: et hic mensis sextus est illi, quae vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.

10. *Then Mary said, "Behold, I am the handmaid of the Lord. Let it be done to me according to your word." After this, the Angel departed from her.*

Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab illa angelus.

Gloria Patri...

May the grace of the Mystery of the Incarnation come down into my soul and make it truly humble.

Gratia Mysterii Incarnationis in animam meam descendat eamque vere humilem faciat.

O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, conduc in caelum omnes animas, praesertim illas quae maxime indigent misericordia tua.

The Second Joyful Mystery

Secundum Gaudiosum Mysterium

The Visitation

Visitatio



Lord Jesus, we offer You this second decade to honor the Visitation of your Holy Mother to her cousin St. Elizabeth, and we ask of You, through this Mystery and through Mary's intercession, a perfect charity toward others.

Domine Iesu, tibi hanc secundam decadem offerimus ad honorem Visitationis Sanctae Matris Tuae ad consobrinam suam Sanctam Elisabeth, et petimus a Te, per hoc Mysterium et per intercessionem Mariae, perfectam erga alios caritatem.

Pater Noster...

1. *Mary set out and journeyed in haste into the hill country to a town of Judah where she entered the house of Zechariah and greeted Elizabeth.*

Exsurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione, in civitatem Juda: et intravit in domum Zachariae, et salutavit Elisabeth.

2. *When Elizabeth heard Mary's greeting, the baby leaped in her womb.*

Et factum est, ut audivit salutationem Mariae Elisabeth, exsultavit infans in utero ejus.

3. *Then Elizabeth was filled with the Holy Spirit, and she exclaimed with a loud cry, "Blessed are you among women, and blessed is the fruit of your womb.*

Et repleta est Spiritu Sancto Elisabeth: et exclamavit voce magna, et dixit: Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.

4. *"And why am I so greatly favored that the Mother of my Lord should visit me? For behold, the moment that the sound of your greeting reached my ears, the child in my womb leaped for joy.*

Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim ut facta est vox salutationis tuae in auribus meis, exsultavit in gaudio infans in utero meo.

5. *"And blessed is she who believed that what the Lord has said to her will be fulfilled."*

Et beata, quae credidisti, quoniam perficientur ea, quae dicta sunt tibi a Domino.

6. *And Mary said, "My soul proclaims the greatness of the Lord and my spirit rejoices in God my Savior.*

Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum: et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo.

7. *"For He has looked with favor on the lowliness of His servant; henceforth all generations will call me blessed.*

Quia respexit humilitatem ancillae suae: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

8. *"The Mighty one has done great things for me, and holy is His Name. His mercy is from age to age on those who fear Him..."*

Quia fecit mihi magna qui potens est: et sanctum nomen ejus, et misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum.

9. *"He has come to the aid of Israel His servant, ever mindful of His merciful love, according to the promises He made to our ancestors, to Abraham and to his descendants forever."*

Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae: sicut locutus est ad patres nostros, Abraham et semini ejus in saecula.

10. *Mary remained with Elizabeth for about three months and then returned to her home.*

Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus: et reversa est in domum suam.

Gloria Patri...

May the grace of the Mystery of the Visitation come down into my soul and make it truly charitable.

Gratia Mysterii Visitationis in animam meam descendat eamque vere caritativam faciat.

O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, conduc in caelum omnes animas, praesertim illas quae maxime indigent misericordia tua.

The Third Joyful Mystery

Tertium Gaudiosum Mysterium

The Nativity

Nativitas



Lord Jesus, we offer You this third decade to honor Your Birth in the stable at Bethlehem, and we ask of You, through this Mystery and through the intercession of Your Holy Mother, sincere love of God.

Domine Iesu, hanc tertiam decadem tibi offerimus ad honorem Nativitatis Tuae in stabulo Bethlehem, et petimus a Te, per hoc Mysterium et intercessionem Sanctae Matris Tuae, sincerum Dei amorem.

Pater Noster...

1. *When Jesus' Mother Mary was engaged to Joseph, but before they came to live together, she was found to be with child through the Holy Spirit.*

Cum esset desponsata mater ejus Maria Joseph, antequam conveniret inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.

2. *An Angel of God appeared to Joseph in a dream and said, "Joseph, son of David, do not be afraid to receive Mary into your home as your wife. For this Child has been conceived in her womb through the Holy Spirit. She will give birth to a Son, and shall name Him Jesus, for He will save His people from their sins."*

Ecce angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est. Pariet autem filium: et vocabis nomen ejus Jesum: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.

3. *Joseph went from the town of Nazareth in Galilee to Judea, to the city of David called Bethlehem.*

Ascendit autem et Joseph a Galilaea de civitate Nazareth in Judaeam, in civitatem David, quae vocatur Bethlehem.

4. *Because he was of the house and family of David, he went to be registered together with Mary, his betrothed, who was expecting a child.*

Eo quod esset de domo et familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore praegnante.

5. *While they were there, the time came for her to have a child, and she gave birth to her firstborn Son. She wrapped Him in swaddling clothes and laid Him in a manger, because there was no room for them in the inn.*

Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies ut

pararet. Et peperit filium suum primogenitum, et pannis eum involvit, et reclinavit eum in praesepio: quia non erat eis locus in diversorio.

6. *In the nearby countryside there were shepherds living in the fields and keeping watching over their flock*

Et pastores erant in regione eadem vigilantes, et custodientes vigilias noctis super gregem suum.

7. *Suddenly, an Angel of the Lord appeared to them, and the glory of the Lord shone around them. They were terror-stricken, but the Angel said to them, "Do not be afraid, for I bring you good news of great joy for all the people."*

Et ecce angelus Domini stetit juxta illos, et claritas Dei circumfulsit illos, et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere: ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo.

8. *"For this day in the city of David there has been born to you a Savior Who is Christ, the Lord."*

Quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David.

9. *"This will be a sign for you: You will find an infant wrapped in swaddling clothes and lying in a manger."*

Et hoc vobis signum: invenietis infantem pannis involutum, et positum in praesepio.

10. *And suddenly there was with the Angel a multitude of the heavenly host, praising God and saying, "Glory to God in the highest heaven, and on earth peace to all those on whom His favor rests."*

Et subito facta est cum angelo multitudo militiae caelestis laudantium Deum, et dicentium: Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis.

Gloria Patri...

May the grace of the Mystery of the Nativity come down into my soul and teach me to truly love God.

Gratia Mysterii Nativitatis descendat in animam meam et me doceat vere Deum amare.

O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, conduc in caelum omnes animas, praesertim illas quae maxime indigent misericordia tua.

The Fourth Joyful Mystery

Quartum Gaudiosum Mysterium

The Presentation

Praesentatio



Lord Jesus, we offer You this fourth decade to honor Your Presentation in the Temple and the Purification of Mary, and we ask of You, through this Mystery and through her intercession, a great spirit of sacrifice.

Domine Iesu, tibi offerimus hanc quartam decadem ad honorem Praesentationis Tuae in Templo et Purificationis Mariae, et petimus a Te, per hoc Mysterium eiusque intercessionem, magnum spiritum sacrificii.

Pater Noster...

1. *When the days for the purification were completed according to the Law of Moses, they brought the Child up to Jerusalem to present Him to the Lord.*

Et postquam empleti sunt dies purgationis ejus secundum legem Moysi, tulerunt illum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino.

2. *At that time there was a man in Jerusalem whose name was Simeon. This upright and devout man was awaiting the consolation of Israel, and the Holy Spirit rested on him.*

Et ecce homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon, et homo iste justus, et timoratus, exspectans consolationem Israel: et Spiritus Sanctus erat in eo.

3. *It had been revealed to him by the Holy Spirit that he would not experience death before he had seen the Christ of the Lord.*

Et responsum acceperat a Spiritu Sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini.

4. *Prompted by the Spirit, Simeon came into the Temple. When the parents brought in the Child Jesus to do for Him what was required by the Law, he took Him in his arms and praised God, saying:*

Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, et ipse accepit eum in ulnas suas: et benedixit Deum, et dixit:

5. *"Now, Lord, You may dismiss Your servant in peace, according to Your word.*

"Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace.

6. *"For my eyes have seen Your salvation, which you have prepared in the sight of all the peoples, a light of revelation to*

the Gentiles and glory for Your people Israel,"

Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum: lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tuae Israel.

7. *The Child's father and mother marveled at what was being said about Him.*

Et erat pater ejus et mater mirantes super his quae dicebantur de illo.

8. *Then Simeon blessed them and said to Mary His Mother: "This Child is destined for the fall and rise of many in Israel, and to be a sign that will be opposed, so that the secret thoughts of many will be revealed, and you yourself a sword will pierce"*

Et benedixit illis Simeon, et dixit ad Mariam matrem ejus: Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel, et in signum cui contradicetur: et tuam ipsius animam pertransibit gladius ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.

9. *When they had fulfilled everything required by the Law of the Lord, they returned to Galilee, to their own town of Nazareth.*

Et ut perfecerunt omnia secundum legem Domini, reversi sunt in Galilaeam in civitatem suam Nazareth.

10. *The Child grew and became strong, filled with wisdom, and God's favor was upon Him.*

Puer autem crescebat, et confortabatur plenus sapientia: et gratia Dei erat in illo.

Gloria Patri...

May the grace of the Mystery of the Presentation come down into my soul and give me a spirit of sacrifice.

Gratia Mysterii Praesentationis descendat in animam meam et mihi spiritum sacrificii det.

O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, conduc in caelum omnes animas, praesertim illas quae maxime indigent misericordia tua.

The Fifth Joyful Mystery

Quintum Gaudiosum Mysterium

Finding in the Temple

Inventio in Templo



*Lord Jesus, we offer You this fifth decade to honor Your Finding in the Temple, and we ask of You through this Mystery and through the intercession of Your Holy Mother, **zeal for God's glory.***

Domine Iesu, tibi offerimus hanc quintam decadem ad honorem Inventionis Tuae in Templo, et petimus a Te, per hoc Mysterium et per intercessionem Sanctae Matris Tuae, **zelum gloriae Dei.**

Pater Noster...

1. *Every year His parents used to go to Jerusalem for the Feast of Passover. And when Jesus was twelve years old, they made the journey as usual for the feast.*

Et ibant parentes ejus per omnes annos in Jerusalem, in die solemni Paschae. Et cum factus esset annorum duodecim, ascendit illis Jerosolimam secundum consuetudinem diei festi.

2. *When the days of the feast were over and they set off for home, the Boy Jesus stayed behind in Jerusalem. His parents were not aware of this.*

Consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer Jesus in Jerusalem, et non cognoverunt parentes ejus.

3. *Assuming that He was somewhere in the group of travelers, they journeyed for a day. Then they started to look for Him among their relatives and friends.*

Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, et requirebant eum inter cognatos et notos.

4. *When they failed to find Him, they returned to Jerusalem to search for Him.*

Et non invenientes, regressi sunt in Jerusalem, requirentes eum.

5. *After three days, they found Him in the Temple, where He was sitting among the Teachers, listening to them and asking them questions. And all who heard Him were amazed at His intelligence and His answers.*

Et factum est, post triduum invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, et interrogantem eos. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super prudentia et responsis ejus.

6. *When they saw Him, they were astonished, and His Mother said to Him: "Son, why have You done this to us? Your father and I have been searching for You with great anxiety."*

Et videntes admirati sunt. Et dixit mater ejus ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus et ego dolentes quaerebamus te.

7. *Jesus said to them "Why were you searching for Me? Did you not know that I must be in My Father's house?"*

Et ait ad illos: **Quid est quod me quaerebatis? nesciebatis quia in his quae Patris mei sunt, oportet me esse?**

8. *But they did not comprehend what He had said to them.*

Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos.

9. *Then He went down with them and came to Nazareth, and He was obedient to them.*

Et descendit cum eis, et venit Nazareth: et erat subditus illis.

10. *His Mother pondered all these things in her heart. And Jesus increased in wisdom and in age and in grace with God and men.*

Et mater ejus conservabat omnia verba haec in corde suo. Et Jesus proficiebat sapientia, et aetate, et gratia apud Deum et homines.

Gloria Patri...

May the grace of the Mystery of the Finding of the Child Jesus in the Temple come down into my soul and obtain for me the zeal for God's glory.

Gratia Mysterii Inventionis Pueri Iesu in Templo descendat in animam meam et mihi zelum gloriae Dei obtineat.

O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, conduc in caelum omnes animas, praesertim illas quae maxime indigent misericordia tua.

HAIL holy Queen, Mother of mercy, our life, our sweetness, and our hope. To thee do we cry, poor banished children of Eve. To thee do we send up our sighs, mourning and weeping in this valley of tears.

Turn then, most gracious Advocate, thine eyes of mercy toward us. And after this our exile show unto us the blessed fruit of thy womb, Jesus.

O clement, O loving, O sweet Virgin Mary. Amen.

V. Pray for us, O Holy Mother of God.

R. *That we may be made worthy of the promises of Christ.*

Let us pray

Almighty, everlasting God, who by the cooperation of the Holy Spirit, didst prepare the body and soul of the glorious Virgin-Mother Mary to become a worthy dwelling for Thy Son; grant that we who rejoice in her commemoration may, by her loving intercession, be delivered from present evils and from the everlasting death. Through the same Christ Our Lord. Amen.

SALVE, Regina, mater misericordiae, vita, dulcedo, et spes nostra, salve. Ad te clamamus exsules filii Hevae. Ad te suspiramus, gementes et flentes in hac lacrimarum valle.

Eia, ergo, advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Iesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exsiliium ostende.

O clemens, O pia, O dulcis Virgo Maria. Amen.

V. Ora pro nobis, sancta Dei Genetrix.

R. *Ut digni efficiamur promissionibus Christi.*

Oremus

Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriosae Virginis Matris Mariae corpus et animam, ut dignum Filii tui habitaculum effici mereretur, Spiritu Sancto cooperante, praeparasti: da, ut cuius commemoratione laetamur; eius pia intercessione, ab instantibus malis, et a morte perpetua liberemur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

The Five Sorrowful Mysteries

- * Tuesdays
- * Fridays
- * Sundays during Lent through Easter

The First Sorrowful Mystery

Primum Mysterium Dolorosum

Agony in the Garden

Agonia in Horto



Lord Jesus, we offer You this first decade to honor Your Mortal Agony in the Garden of Gethsemane, and we ask of You, through this Mystery and through the intercession of Your Holy Mother, a perfect contrition for our sins.

Domine Iesu, tibi offerimus hanc primam decadem ad honorem Agoniae Tuae Mortalis in Horto Gethsemani, et petimus a Te, per hoc Mysterium et per intercessionem Sanctae Matris Tuae, **perfectam contritionem pro peccatis nostris.**

Pater Noster...

1. *Then they went to a place that was called Gethsemane, and Jesus said to His disciples, "Sit here while I pray."*

Et veniunt in praedium, cui nomen Gethsemani. Et ait discipulis suis: **Sedete hic donec orem.**

2. *He took with Him Peter and James and John, and He said to them, "My soul is sorrowful even to the point of death. Remain here and keep watch"*

Et assumit Petrum, et Jacobum, et Joannem secum: et caepit pavere et taedere. Et ait illis: **Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hic, et vigilate.**

3. *Withdrawing from them about a stone's throw, He knelt down and prayed, "Father, if You are willing, take this cup from Me. Yet not My Will but Yours be done."*

Et ipse avulsus est ab eis quantum jactus est lapidis: et positus genibus orabat, dicens: **Pater, si vis, transfer calicem istum a me: verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat.**

4. *Then an Angel from heaven appeared to Him and gave Him strength. In His anguish, He prayed so fervently that His sweat became like great drops of blood falling on the ground.*

Apparuit autem illi angelus de caelo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor ejus sicut guttae sanguinis decurrentis in terram.

5. *Returning to the disciples, He found them sleeping. He said, "Simon ... could you not keep watch for one hour? Stay awake and pray that you may not enter temptation. The spirit is willing, but the flesh is weak."*

Et venit, et invenit eos dormientes. Et ait Petro: **Simon, dormis? non potuisti una hora vigilare? vigilate et orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem**

promptus est, caro vero infirma.

6. *Again, He went apart and prayed, saying the same words. Then He came again and found them sleeping ... and they did not know what to say to Him.*

Et iterum abiens oravit, eundem sermonem dicens. Et reversus, denuo invenit eos dormientes ... et ignorabant quid responderent ei.

7. *When He returned a third time, He said to them, "Are you still sleeping ...? Enough! The hour has come when the Son of Man is to be betrayed into the hands of sinners. Get up! Let us go! Look, My betrayer is approaching..."*

Et venit tertio, et ait illis: **Dormite jam, et requiescite. Sufficit: venit hora: ecce Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce qui me tradet, prope est.**

8. *At once, while Jesus was still speaking, Judas, one of the Twelve, arrived. With him there was a crowd of men armed with swords and clubs.*

Et, adhuc eo loquente, venit Judas Iscariotes unus de duodecim, et cum eo turba multa cum gladiis et lignis.

9. *Judas proceeded directly to Jesus and said "Rabbi!" and kissed Him.*

Et cum venisset, statim accedens ad eum, ait: Ave Rabbi: et osculatus est eum.

10. *Then they seized Jesus and placed Him under arrest ... and everyone deserted Him and fled.*

At illi manus injecerunt in eum at tenuerunt eum ... Tunc discipuli ejus relinquentes eum, omnes fugerunt.

Gloria Patri...

May the grace of our Lord's Agony come down into my soul and make me truly contrite for my sins.

Gratia Agoniae Domini nostri descendat in animam meam et me vere contritum faciat pro peccatis meis.

O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, conduc in caelum omnes animas, praesertim illas quae maxime indigent misericordia tua.

The Second Sorrowful Mystery

Secundum Mysterium Dolorosum

Scourging at the Pillar

Flagellatio ad Columnam



Lord Jesus, we offer You this second decade to honor Your Bloody Scourging, and we ask of You, through this Mystery and through the intercession of Your Holy Mother, *the grace to mortify our senses.*

Domine Iesu, tibi offerimus hanc secundam decadem ad honorem Flagellationis Tuae Sanguineae, et petimus a Te, per hoc Mysterium et per intercessionem Sanctae Matris Tuae, *gratiam ad mortificandos sensus nostros.*

Pater Noster...

1. *As soon as it was morning, the chief priests held a counsel with the elders and the scribes and the whole Sanhedrin.*

Et confestim mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus, et scribis, et universo concilio.

2. *They bound Jesus and led Him away, and handed Him over to Pilate.*

Vinctos Iesum, duxerunt, et tradiderunt Pilato.

3. *Pilate asked Him, "Are You the King of the Jews?" Jesus replied, "You have said so."*

Et interrogavit eum Pilatus: Tu es rex Iudaeorum? At ille respondens, ait illi: *Tu dicis.*

4. *Then the chief priests brought many charges against Him.*

Et accusabant eum summi sacerdotes in multis.

5. *Again, Pilate questioned Him, "Have You no answer to offer? Just consider how many charges they are leveling against You." But Jesus offered no further reply, so that Pilate was amazed..."*

Pilatus autem rursum interrogavit eum, dicens: Non respondes quidquam? vide in quantis te accusant. Iesus autem amplius nihil respondit, ita ut miraretur Pilatus.

6. *The chief priests incited the crowd to have Pilate release Barabbas ... Pilate then asked, "And what shall I do with the Man you call King of the Jews?" They shouted back, "Crucify Him"*

Pontifices autem concitaverunt turbam, ut magis Barabbam dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens, ait illis: Quid ergo vultis faciam regi Iudaeorum? At illi iterum clamaverunt: Crucifige eum.

7. *Pilate asked them, "Why? What evil has He done?" But they only screamed all the louder, "Crucify Him!"*

Ait illis praeses: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes: Crucifigatur.

8. *A third time Pilate addressed them: "Why? What evil has He done? I have not found in Him any crime that deserves death. Therefore, I will have Him scourged and let Him go."*

Ille autem tertio dixit ad illos: Quid enim mali fecit iste? nullam causam mortis invenio in eo: corripiam ergo illum et dimittam.

9. *However, with loud shouts, they continued to insist that He should be crucified, and their voices prevailed. Pilate ordered that what they wanted was to be granted.*

At illi instabant vocibus magnis postulantes ut crucifigeretur: et invalescebant voces eorum. Et Pilatus adjudicavit fieri petitionem eorum.

10. *And so Pilate, anxious to appease the crowd, released Barabbas to them, and after handing Jesus over to be scourged, he gave Him over to be crucified.*

Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbam, et tradidit Iesum flagellis caesum, ut crucifigeretur.

Gloria Patri...

May the grace of our Lord's Scourging come down into my soul and make me truly mortified.

Gratia Flagellationis Domini nostri descendat in animam meam et me vere mortificatum faciat.

O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, conduc in caelum omnes animas, praesertim illas quae maxime indigent misericordia tua.

The Third Sorrowful Mystery

Tertium Mysterium Dolorosum

Crowning with Thorns

Coronatio Spineis



*Lord Jesus, we offer You this third decade to honor Your Crowning with Thorns, and we ask of You, through this Mystery and through the intercession of Your Holy Mother, **the grace of moral courage.***

Domine Iesu, tibi offerimus hanc tertiam decadem ad honorem Coronationis Tuae cum Spinis, et petimus a Te, per hoc Mysterium et per intercessionem Sanctae Matris Tuae, **gratiam fortitudinis moralis.**

Pater Noster...

- 1.** *The soldiers led Jesus away inside the palace, that is, the Praetorium, and they called the whole cohort together.*

Milites autem duxerunt eum in atrium praetorii, et convocant totam cohortem.

- 2.** *They dressed Him in a purple robe, and after twisting some thorns into a crown, they placed it on Him.*

Et induunt eum purpura, et imponunt ei plectentes spineam coronam.

- 3.** *Then they began to salute Him with the words, "Hail, King of the Jews!"*

Et caeperunt salutare eum: Ave rex Iudaeorum.

- 4.** *They repeatedly struck His head with a reed, spat upon Him, and knelt before Him in homage.*

Et percutiebant caput ejus arundine: et conspuebant eum, et ponentes genua, adorabant eum.

- 5.** *Once again, Pilate went out and said to the Jews, "Look, I am bringing Him out to you to let you know that I find no evidence of a crime in Him."*

Exivit ergo iterum Pilatus foras, et dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatis quia nullam invenio in eo causam.

- 6.** *Then Jesus came out wearing the Crown of Thorns and the Purple Robe, Pilate said to them, "Behold, the Man!"*

Exivit ergo Iesus portans coronam spineam, et purpureum vestimentum. Et dicit eis: Ecce homo.

- 7.** *When they saw Him, the chief priests and the Temple guards shouted, "Crucify Him! Crucify Him!"*

Cum ergo vidissent eum pontifices et ministri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum.

- 8.** *From that moment on, Pilate sought to release Him, but the people kept shouting, "If you release this Man, you are no friend of Caesar. Every one who claims to be a king opposes Caesar."*

Et exinde quaerebat Pilatus dimittere eum. Iudaei autem clamabant dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Caesari.

- 9.** *When Pilate heard these words, he brought Jesus out and seated Him on the judge's bench at a place known as the Stone Pavement (in Hebrew, "Gabbatha") ... Pilate said to the Jews, "Behold, your King."*

Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum: et sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, hebraice autem Gabbatha ... et dicit Iudaeis: Ecce rex vester.

- 10.** *They shouted, "Away with Him! Away with Him! Crucify Him!" ... "Am I to crucify your King?" Pilate asked them. The chief priests replied, "We have no king but Caesar." Then he handed Him over to be crucified.*

Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Responderunt pontifices: Non habemus regem, nisi Caesarem. Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur.

Gloria Patri...

May the grace of the Mystery of our Lord's Crowning with Thorns come down into my soul and help me to have moral courage.

Gratia Mysterii Coronationis Domini nostri cum Spinis descendat in animam meam et adiuvet me ad habendam fortitudinem moralem.

O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, conduc in caelum omnes animas, praesertim illas quae maxime indigent misericordia tua.

The Fourth Sorrowful Mystery

Quartum Mysterium Dolorosum

Carrying of the Cross

Portatio Crucis



*Lord Jesus, we offer You this fourth decade to honor Your Carrying of the Cross, and we ask of You, through this Mystery, and through the intercession of Your Holy Mother, **great patience in carrying our cross in Your footsteps every day.***

Domine Iesu, tibi offerimus hanc quartam decadem ad honorem Portationis Crucis Tuae, et petimus a Te, per hoc Mysterium et per intercessionem Sanctae Matris Tuae, **magnam patientiam in portando crucem nostram in vestigiis Tuis cotidie.**

Pater Noster...

1. *When they had finished mocking Jesus, they stripped Him of the robe, dressed Him in His own clothes, and led Him away to crucify Him.*

Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, et induerunt eum vestimentis ejus, et duxerunt eum ut crucifigerent.

2. *As they went out, they encountered a man from Cyrene named Simon, and they forced him to carry the Cross.*

Exeuntes autem invenerunt hominem Cyrenaeum, nomine Simonem: hunc angariaverunt ut tolleret crucem ejus.

3. *A large number of people followed Jesus, among them many women who were mourning and lamenting over Him.*

Sequebatur autem illum multa turba populi et mulierum, quae plangebant et lamentabantur eum.

4. *But He turned to them and said, "Daughters of Jerusalem, do not weep for Me. Weep rather for yourselves and for your children"*

Conversus autem ad illas Jesus, dixit: **Filiae Jerusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete et super filios vestros.**

5. *There were also two others, both criminals, who were led away to be executed with Him.*

Ducebantur autem et alii duo nequam cum eo, ut interficerentur.

6. *When they came to a place called Golgotha, which means the Place of the Skull, they offered Him some wine to drink that had been mixed with gall, but after tasting it, He refused to drink the mixture.*

Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est Calvariae locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum. Et cum gustasset, noluit bibere.

7. *And after they had crucified Him, they divided His garments among them by casting lots. Then they sat down there to keep guard over Him.*

Postquam autem crucifixerunt eum, diviserunt vestimenta ejus, sortem mittentes. Et sedentes servabant eum.

8. *Above His Head was inscribed the charge against Him: "This is Jesus, the King of the Jews."*

Et imposuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam: Hic est Jesus rex Judaeorum.

9. *Two thieves were crucified with Him, one on His right and the other on His left.*

Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: unus a dextris, et unus a sinistris.

10. *Those people who passed by jeered at Him, shaking their heads and saying, "You who claimed You could destroy the Temple and rebuild it within three days, save Yourself! If You truly are the Son of God, come down from the Cross."*

Praetereuntes autem blasphemabant eum moventes capita sua, et dicentes: Vah qui destruis templum Dei, et in triduo illud reaedificas: salva te ipsum: si Filius Dei es, descende de cruce.

Gloria Patri...

May the grace of the Mystery of the Carrying of the Cross come down into my soul and make me truly patient in carrying my crosses.

Gratia Mysterii Portationis Crucis descendat in animam meam et me vere patientem faciat in portandis crucibus meis.

O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, conduc in caelum omnes animas, praesertim illas quae maxime indigent misericordia tua.

The Fifth Sorrowful Mystery

Quintum Mysterium Dolorosum

The Crucifixion

Crucifixio



Lord Jesus, we offer You this fifth decade to honor Your Crucifixion on Mount Calvary, and we ask of You, through this Mystery and through the intercession of Your Holy Mother, *the grace of final perseverance.*

Domine Iesu, tibi offerimus hanc quintam decadem ad honorem Crucifixionis Tuae in Monte Calvariae, et petimus a Te, per hoc Mysterium et per intercessionem Sanctae Matris Tuae, *gratiam perseverantiae finalis.*

Pater Noster...

1. *Jesus said, "Father forgive them, for they do not know what they are doing"*

Jesum autem dicebat: *Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt.*

